rere non sunt. Quomodo ergo per gratiam spiritualem comparanda pecunia offertur? Sed a catholicis ordi-
nati simoniaci existunt. Sed dicis mihi quomodo a simoniaco ordinatus per ipsos eorum
manus illud donum spiritus sancti accipere potest. Quomodo simoniacus dare potest quod non habet? Sed sicut catholicus
est presbiter. Audi quomodo. Sicut adulter, fornicator, sicut ebriosus aut avarus dare potest
quod non habet, ita simoniacus quod non habet dare potest, et vere dare potest his qui digni sunt accipere
per ministerium, et dat illud non per meritum. Sed ab his qui erroris illius participes non sunt
et culpe, et sicut non existunt. Gratia per illum datur, ab illo non datur. Minister malus
est largitor bonus, tamen minister est. Sic hereticus vel aliquilibet malus minister
malus est et tamen minister est. Malus ideo quia errorem vel maliciam habet; minister
ideo quia habet officium. Sic simoniacus natura ipse hereticus est, quoniam non in fide tamen opere
minister malus est, et tamen minister est. Malus ideo quia simoniacus est; minister
ideo quia officium habet divinatum est. Malus ideo quia pecuniam dedit; minister ideo quia officium
et ordinem accepit. Sed dicis mihi: Quomodo ordinem aut officium accipere potuit qui
pecuniam dedit? Audi quomodo. Ad perniciem, ad perditionem emere potuit, gratiam ac-
cipere non potuit. Tamen quia officium accepit et habet per ministerium eius bonis scilicet gratia
et officium datur, a malis vero non gratia sed officium solum accipitur, quoniam ad perniciem eius qui
male accipit, sicut ad perniciem eius qui male dedit. De eo quod sola corporalia

Sunt autem quidam in ecclesia iecta comparando cum eis et in eis spiritualia
qui dum precio comparant cum perceptione corporalis beneficii participationem emittunt
spiritualis dignitatis accipiunt. Verbi gratia precio quis quis satis inveniendus est. Qui emere cogno-
scitur, neutrum in venditum aut inemptum reliquisse probatur. Sed dicis mihi: Quomodo
non est emptum? Ecce profecto ecclesiam victum et vestitum emi, ecclesiam non emi. Super emi
prebendam emi, corporalia tantum emi. Spirituale nichil emi, quod emere nolui. Dic
ergo mihi quis nomen tuum in nomina fratrum scripsit? Quis tibi in choro et capitulo locum
assignavit? Si hoc non emisti, non habes. Quis tibi hoc dedit? Si vis quis hoc gratis accepisti
certa emisti hec gratis data sunt vendidisti. Oves emisti et lanam non emisti. Sed gratis
accepisti. Tamen tu sine non emisses lanam non habuisses. Pro arbore pecuniam dedisti
non fructum eius gratis manducare. Satis astute vel ydiota existimasti et nimio
ridiculoso. Vide quoniam non emis quod non habuisses si pecuniam non dedisses. Aut